



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

§. I. Duplex conclusio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

tionum valore, & Confessariorum potestate, modernis, qui de hoc scribere, antiquis præferendis, atque adeo præ ceteris legendis. P.

P. Moy. in tertia editione, P. Cardenas, Felix Potestatis, P. de la Fuente in sua Theol. Reformatâ, P. Nogueira in Cruciatâ Luti-
 P. Card. tana, P. Mendo in tertia editione Lugdu-
 Felix. nenâ Cruciatâ Hispanâ, P. Bardi in eam-
 P. de la dem, Bruno Neufier in Polyanthea, Lum-
 Fuente. bier in Dumnatas, M. Hozes in eadem, Joan.
 P. Nog. Antonius de Panormo in suo Scrutinio Do-
 P. Méd. ctrinârum. Immo quò moderniores, eo, cæ-
 P. Bardi. teris paribus, hæc in materiâ meliores, ut
 Neufier. notaverat P. Nogueir, d. 14. n. 13. Quia ve-
 Lumbi. ro de Theologis mentio est, prætere nolo
 Hozes. insignie Gersonis dictum tom. 1. tr. de Exam.
 Joan. doctrinâ p. 2. conf. 5. qui loquens de Theo-
 Anton. logis ait: Tolerabilius esset nullo habere, quam
 de Pa- tales pati: non pariales, non seducitos, non fa-
 nor- mosos, non questuosos, aut invidiosos: non potesta-
 Gerson. ti seculari, non spirituali, plus quam veritati
 faventes. Hodie tamen conquiritur, quili-
 bet proplacito suo, aliqui, qui minus verita-
 ti favent, plus potestati.

N. Undecimò certum magnum inter Bullam
 62. Cruciatâ Hispanâ, & Lutiânam quoad
 P. Nog. facultatem absolviendi interesse discernimen,
 notat P. Nogueir, d. 15. sect. 6. nam in Luti-
 tana plures reservati in Bullâ Cœne casus
 excipiuntur, nempe primus, undecimus,
 duodecimus, decimustertius, decimusquar-
 tus, quos omnes non excipit Hispanâ. Luti-
 tana negat, ait P. Nogueir, d. 15. sect. 8. fa-
 cultatem comparandi aliam eodem anno, ut
 semel vi prioris Cruciatæ absolutus à reter-
 vatis in Bullâ Cœne, possit iterum eo anno
 à similibus casibus absolvi. At Hispanâ hoc
 permittit.

S E C T I O III.

Quid Confessores possint tam circa Sæculares,
 quam circa Regulares?

N. D. Latatissimam materiam, tot diversissi-
 63. mis, locorum, temporum, persona-
 rum, statuum, tam ex parte poenitentis, &
 Confessarij, quam ex parte approbantis, vel
 limitatæ, vel illimitatæ, & intermixtâ, non
 exiguo labore ad hæc duo capita reduci. Pri-
 mo, quid Confessarius, sive sæcularis, sive
 Regularis, valide possit circa sæculares au-
 diendos. Secundo, quid Confessarius, sive
 sæcularis, sive Regularis, valide possit cir-
 ca Regulares audiendos. Quia vero hujus
 absolutionis valorem antiqui colligunt ex
 privilegiis, alij ex Cruciatâ, ideo tum ea,
 tum hæc examinanda.

S. I. Duplex conclusio.

S U M M A R I U M.

Nullus Confessor nisi approbatus à Diocesano,
 ubi absoluti, potest vi privilegiorum, aut
 Cruciatæ absolvere valide sæculares, n. 64.
 Nullus quoque nisi approbatus à Prelato Regu-
 lari potest vi Cruciatæ absolvere Regulares
 valide, n. 65.

Quid potestas delegata, quid ordinaria? n. 66.
 Ordinarii conveniunt illis, qui Beneficio Parochia-
 li gaudent, ibid.

Ratio laxarum interpretationum fuit stare ver-
 bis, non sibi Tridentini, n. 68.

Egm. similis est tæri Episcopale jus, quoad sum-
 gregem reformandam, n. 69.

Sine approbatione Confessorum, Episcoporum in-
 tentionem obtineri nequit, ibid.

P. Prima: Nullus Confessor, sive sæcularis, N.
 sive Regularis, nisi sit à Diocesano lo- 64.
 ca, in quo confessiones audit, approbatus,
 potest, sive ex vi Cruciatæ, sive ex vi privi-
 legiorum, supra taxatâ ab Ordinarijs appro-
 bationis limitationem, sæculares valide ab-
 solveri.

Secunda: Nullus Confessor, sive Regu. N.
 laris, sive sæcularis, nisi à Prelato Regula- 65.
 ri eorum Religiosorum, quorum confessio-
 nes audit, approbatus sit, potest vi Cruciatæ,
 supra concessâ à Prelato limitationem, va-
 lide absolvere Regulares.

Loquor semper de Confessore absolvente N.
 ex potestate delegatâ, non ex ordinariâ, 66.
 seu quam quis ex officio suo habet: qui
 enim ex ordinariâ absolvent, quæ convenit
 illis, qui Beneficio curato gaudent, ut sunt
 Episcopi, Vicarij generales, Parochi, & re-
 spectivè ad sibi subiectos Prelati Regulares,
 hi omnes valide sibi subditos, absque novâ
 Diocesani approbatione, in suâ Diocesi,
 aut Parochiâ absolvent.

Loquor quoque tum de sistâ privilegio- N.
 rum à Tridentino, Urban. VIII. Clem. X. & 67.
 Innoc. XII. revocatorum reviviscentiâ, tum
 de toties explosâ ab iisdem Pontificibus
 Cruciatæ facultate, absolviendi ab omni pec-
 cato omnes, qui eâ Cruciatâ utuntur: etsi
 Confessor nec in ordine ad sæculares sit ab
 Episcopo Diocesano, nec in ordine ad Re-
 gulares sit ab horum Prelato approbatus.

Porro præcipua ratio, quâ aliqui, & N.
 quidem non pauci, ducti sunt, ad docen- 68.
 dum exoticas opiniones à Pontificibus con-
 fixas est, quòd Tridentinum unice requirat
 Episcopi approbationem: ergo, inquebant,
 alicubi

alicubi ab aliquo Episcopo approbatus, potest ubique absolvere. Similiter Cruciatam unice exigit ut eligatur approbatus ab Episcopo; ergo, inquebant, approbatus, vi Cruciatæ electus, potest omnes ab omnibus casibus, seculis paucissimis, quos excipit, absolvere; tanto magis, inquit, quod per novam Cruciatam eludantur omnia Pontificia anteriora Decreta, utpotè sibi suoque indulto opposita. Præter hanc prorsus frivolam rationem, ut Regulares se ab Episcoporum jurisdictione subtraherent, privilegia olim illis concessa, & a Tridentino revocata; & quidem, ut ait Urb. VIII. ob eorum abusum in sui præsidium convocabant, sive ea inessent Juri Canonico, sive vivæ voceis Oraculo, seu quæ in Bullis expressa non sunt, & facile, quia soli vocantur, varietati, & æquivocationi subfunt: quæ omnia dictus Urban. VIII. revocavit. Vid. P. Card. Carden. *dis. 2. a n. 310. ad 384.* qui præclare rem omnem solvit.

N. 69. Facile in auras diffaretur tanta improbabiliū opinionum seges, quin numquam solem vidissent, si earum Patroni unicum Tridentini scopum, qui erat Episcoporum jurisdictioni, & auctoritati prospicere, considerassent. Quomodo enim Fidelium reformatio à Tridentino intenta obtineri possit, nisi per Episcopos? Quomodo Episcopi, nisi Pastores, Judices, Medicos, Magistros (hæc enim sunt Confessariorum munia) cognoscant, eorumque integritatis in docendo, & vivendo consij sint? Igitur eligendi, & approbandi ab Episcopo ipso pro sua Diocesi Confessores, non tumultuariè recipiendi, nec sibi commisso gregi cæcis oculis præficiendi: omnis ergo opinio, quæ hunc Tridentini scopum non promovet, eliminanda; omnis, quæ promovet, amplectenda. Idem esto judicium de Regularium observantiâ.

§. II.

Rationes.

SUMMARIUM.

Tridentinum illimitatè loquitur, n. 70.

Interpretantes restringunt, ibid.

Inanctio, ibid.

Cur non sit satis, ut Confessor sit alibi approbatus? n. 71.

Clement X. ait se declarare quod alij anteriores Pontifices declaraverunt, n. 72.

Refero ex Clemente X. plures ab eo rejectas, ib.

Innocentius XII. quam vehementer invehatur in opinionem, quod quilibet alibi approbatus, non tamen hic, possit vi Cruciatæ validè ab-

solvere, num. 73.

Declarat tales confessiones esse invalidas. Excommunicat docentes. Vetat cuique interpretari aliter suum Decretum, ibid.

Cruciatam nullum novum jus à Tridentino diversum induxit, n. 74.

Urbanus VIII. negat Cruciatam habuisse locum in Regularibus, quæ ait pendere quoad Sacramentum Penitentia à suis Prelatis, ibid.

Innocent. XII. negat tam de secularibus, quam de Regularibus, quod vi Cruciatæ possint ab alibi approbato absolvi, ibid.

Omnes hæc sunt definitiones Pontificia, ibid.

Alex. VII. damnavit, quod Mendicantes possint absolvere à reservatis ipsi Episcopi. Quid valida sit confessio cum Regulari inique reprobo. Quod Curati possint confiteri simpliciter Sacerdoti. Quod Regulares pro foro interno possint privilegijs derogatis, n. 75.

Decreta Pauli V. Clementis VIII. Urbani VIII. Clementis X. Innocent. XII. sunt definitiva, & legislativa, n. 76.

Offendo inductione Decretorum Urbani VIII. ibid.

Clementis X. n. 77.

Innocentij XII. n. 78.

Nota in ea decreta, ibid.

DD. tuentes eas definitiones esse de fide, n. 79.

Prima sumitur ex Trid. *sess. 23. de Ref. N. cap. 15.* derogante omnibus Regularium privilegijs, & omni immemoriali consuetudini (intellige, oppositis Episcoporum auctoritati) & definiente absolute, quæ ulla limitatione, neminem, nisi sit ab Episcopis approbatus, absolvere posse, quin nec talem Confessorem habendum pro idoneo; ergo est contra expressam Tridentini mentem, & illimitatum ejus Decretum, quod omnibus etiam Regularibus negat, quod, nisi sint ab Episcopo approbati, absolvere nequeant, finistis interpretationibus eludere. Quid enim oppositum magis Tridentino universaliter neganti, quin deroganti omnem consuetudinem, & privilegium, quam illud limitare per privilegia, quibus derogavit? Quid magis à vero alienum, quam Decretum negans omni non approbato ab Episcopo facultatem absolvendi, exponere, quod vi Cruciatæ cuique approbato, etiam alibi, eam det? Quid Tridentini intento magis adversum, quam asserere, satis cujusque Episcopi approbationem, ut quis ubique validè absolvat? quasi verò unius Episcopi approbatio foret Pontificis approbatio, respectu cujus totus orbis Christianus una Diocesis est: & omnes Episcopatus unus Episcopatus forent. Nemo igitur, nisi som-